1638 197

Num. IX

ORDINARIA RELATIONIS HISTORICO-HEBDOMADARIAE

Continuanda Continuatio, 23. *Februarij*, 1638.

Roma, 25. Ianuarij.

AD vrbem noſtram Sereniſſimus Sabaudiæ Cardinalis, qui ante paucos dies magnam ſuppellectiliorum ſuorum partem Genua huc tranſmiſit, ipſemet creditur iterum rediturus, quandoquidem in proximum eius aduentum pleraque domus ſuæ conclauia periſtromatum nitore ornata regens. Interim ingentes illi ad bellum apparatus, quos Generoſus Mediolanenſium Præfectus Marchio de Leganes, Catholicæ Maieſtatis Suæ nomine in prouincijs magna cum ſedulitate, & innumeris pecuniarum expenſis continuat, belligerantibus ſub Duce Cricquio in Sabaudia Gallis cumprimis formidabiles, ac ſuſpecti exiſtunt, qui propterea præſidiarias ſibi Allobrogum vrbes, & limitanea vicinaque Mediolanenſibus loca ſtupendis propugnaculorum valorumque ſtructuris amplificant, & ad ſubeundam quamuis forti animo oppugnationem obſidionemve, aduerſus Hiſpanos totis viribus ſeſe præparant, qui tamen vice verſa non tam ſuos fines cuſtodire quam alienis extendere adlaborant.

Sanctitas Sua ob ſenio confectam fermè ætatem, debileſque corporis vires, ab aliquot diebus non prodijt in publicum, ſed in Palatio hyemali, acerrimo tum ſæuiente frigore, permanſit, poſtmodumq; totam Purpuratorum Patrum ſocietatem in Vaticanum conuocauit, eo fine, vt ibidem de nouorum Cardinalium electione, ſimul coniunctis ſecum conſilijs, deliberarent, quæ electio in exitum huius menſis, ob varias cauſas, dilata eſt.

Lutetia Pariſiorum, 29. Ianuarij.

Rex noſter magnas pecuniarum ſummas pleriſque militiæ ſuæ Ducibus annumerari iuſſit, in eum finem, vt vndequaque militem cogant, & veteranorum legionum ſuarum incrementis incumbant.

Interim in aula noſtra iam nihil niſi tripudia & choreæ aguntur, Rexque ob Reginæ vterum ferentis pubertatem, magno animi gaudio perfuſus, ante dies non multos, per pæcipuos eius aulæ proceres & magnates omnis generis ludicra & iocoſa ſpectamina committi iuſſit, ad exhilarandam amantiſſimam ſuam Reginam adornata.

Aliud

Biblioteca Nacional de España

miſit,

Aliud ſcriptum Lugduni Galliarum, 29. Ianuarij.

Rex noſter Chriſtianiſſimus magnam pecuniæ vim etiamnum ſuis extorquere adlaborat, magnoſque ad bellum facit apparatus & per literas, & per internuncios Regiam Suam Maieſtatem monu qua par eſt, fidelitate, ad Fidei orthodoxo-Catholicæ propagation tatam ſibi & regno ſuo pacem conciliet, aut ſi eam recuſet, in ſexen morum inducias conſentiat, ſe pro Paſtoralis officij ſui munere, & i quo Chriſtianæ Reipubl. Reges, ac Principes proſequitur amore, partibus Arbitri vice non defuturum, nihilque quod ad publicam quietem, & Europæ tranquillitatem conducere poſſit, intermiſſuru

Interim plerorumque Gallicanæ Curiæ Procerum, ac magnatum, Eminentiſſimorum Archipræſulum noſtrorum oculi in nouorum Romę inſtituendam Cardinalium electionem coniecti ſunt, omnes gna auiditate ſcire præſtolantur, qualem ea euentum habitura foret.

Genuenſes nuper electo ſuo Duci regiam ingentis pretij Coron runt, inſulamque Corſicam in ſuam tutelam & patrocinium ſuſc de quo Cæſar ad lubitum ipſis annuit, an verò id Summo Pontifici, ris Italiæ Principibus è re viſum fuerit, adhuc neſcitur.

Prædicta Genuenſium Reſpublica varios ad varias Regum aul tos dimiſit, vnum in Hiſpanias ad Regem Catholicum, alterum i ad Regem Chriſtianiſſimum, tertium Viennam Auſtriæ, ad Inuict Germaniæ Imperatorm, quid petituri ſint, ambiguum, nec lippis ac bus hucuſque id innotuit.

Sereniſſima Sabaudiæ Duciſſa, inſtigantibus & adminiculantibus fratrem Cardinalem ea regione prohibuit, eundemque aureis pro iter Romam induxit, quò & eum non ſolum conuaſatas res ſuas, & menta tranſmiſiſſe, ſed & ipſummet in portu Genuenſium nauem a uigandum conſcendiſſe conſtans fama eſt.

Stettino metropoli Pomeraniæ, vltimo Ianuarij.

Menſis hic acerrimo frigore inſignis fuit; quandoquidem rapidiſſ ciſſimique fluuij tam dura glacie conſtricti fuerunt, vt currus bene ferrent quamplurimos; plurimi etiam homines hoc tempore fame enecti, alij membris capti, quibus pedes ac manus gelu diriguerunt, tius ex eo metu, congelatas foſſarum noſtrarum aquas ante vrbem ciues, & milites ſub ortum, & occaſum ſolem, magno labore aperire orumque excubias circumquaque per mœnia ciuitatis duplicauit, & ra commodis locis tormenta diſpoſuit, monuitque vrbis noſtræ Gub tem, vt in omnem occaſionem intentus aduigilaret, ne ex improuiſ ſianorum incurſu quidquam pateretur detrimenti. Proximis diebus

Biblioteca Nacional de España

Campi-Mareſchallus Bannieriũs militiæ ſuæ Tribũnum Klingſor, cũm ſua equitatus manu, & Colonelli Eichenbladt binis peditum cohortibus hanc vrbem præmiſit, qui omnes è regione per caſtrorum caſas & tuguria hoſpitia diſtributi, & in hybernis collocati fuerunt.

Cæteri Sueco-Bannierianæ militiæ Colonellus VVittenberger cum ſua legione, & nonnullis captiuis, quos eo in itinere palantes interceperat, ad vrbē noſtram acceſſit, nunciaruntque captiui, Sereniſſimum Principem Septemvirum Brandenburgicum tutandæ & recuperandæ Pomeraniæ prouinciam humeris ſuis impoſuiſſe, eiuſque curam Generali ſui exercitus Tribuno Klitzingio, attributis ei à Gallaſsio ſex Cæſarianorum equitum millibus, demanâſſe; prædictum Gallaſſium ad obſidendam VViſmariam, cum ſuis copijs in Megapolitaniam abiuiſſe, Saxoniæ Electoris turmas ad Havelæ & inferioris Saxoniç fines, illic hybernandi cauſa, profectas eſſe.

Ex Doemitz, 2. Februarij.

Oppido huic cum valido præſidiariorum militum numero, præfectus eſt Generoſus Dominus Theodorus a Cracht, qui per quotidianas ſuorum excurſiones, vicinis Suecicis præſidijs multum faceſſit negotij.

Generalis Cæſarianę militię Pręfectus à Vigilijs Eques Bredavv, &c. cum ſuo equitatu partim in Lubeccenſium, partim in Holſatię Ducatus finibus, & pagis hybernat, famaque eſt, Petri Goetzij legiones, quę in Sileſia & Luſatia ſubſiſtunt, proximo vere in Pomeraniam inferiorem ad Brandeburgicas ſub Glitzingio militantes copias ituras fore.

Ante octiduum, venit ad hanc vrbem Sereniſſimi Poloniç Regis Legatus, qui poſt perfunctam in aula Gallorum Regis, legationis ſuæ prouinciam, eo ex itinere, & Hamburgo huc adpulit, is veneranda canitie ſpectabilis vir, inſolitam quandam vultu & ore maieſtatem præ ſe ferebat, ductuſque ad celſiſsimi Electoris Brandenburgici aulam Perlinum, ab eodem magna cum cõmitate ſplendidè in arce fuit exceptus.

Ex Alſatia, 7. Februarii.

Dux Bernhardus Saxo VVimmarienſis cum ſuo milite impreſsionem verſus Rheno finitima loca molitus eſt, quo euentu, breui tempore innoteſcet. Comes Rhenanus Ioannes Philippus prędicti VVimmarienſis Ducis militię valedixit, qua de cauſa, incertum.

Aliud ſcriptum ex Dachſtein, 9 Februarij.

Parum hic modò noui, niſi quod Princeps VVimmarienſis quatuor à Baſilea milliaribus, in ſuperiore eius prouinciæ parte, per conſtructum in Rheno veterem quendam pontem mille leuis armaturæ equites, & quingentos pedites tranſmiſerit, quo Briſaci Commendans, ſiue Gubernator Reinacher cum cæde & ignominia in aduerſam Rheno ripam iterum diſiecit, ac diſsipauit.

Hodie ſummo mane ad vrbis noſtræ Præfectum Curſor venit, nuncians, hoſtem

cum

Biblioteca Nacional de España

cum maxima equitatus ſui parte, ſexcentis nempè equitibus, quadriug-
bus, & quatuor tormentis campeſtribus, ad priſtina Friſingenſis vallis
uertiſſe, nonnullaque loca direptione militari euacuata reliquiſſe. Fi-
dem quoque ex Electoratu Moguntinenſi literis perſcribitur, VVimma-
mirum Ducem a Cæſarianis ad eas anguſtias redactum eſſe, vt cum cop-
dandi gratia egreſsis, amiſsis ea in expeditione circiter trecentis milit-
Rhenanam regionem redire, & receptui cancreſcoactus fuerit.

Erphordiâ, 16. Februarij.

Tribuni Boſij legiones proximæ etiamnum ad hanc vrbem ſubſiſtunt.
Elector vrbis noſtræ Magiſtratum de cathegorica mentis eorum ſ[illegible]
exhibenda ſincera reſolutione interpellauit, ſcire cupiens, num Su[illegible]corum
ſeſe exſoluere, an verò extremam vrbis oppugnationem, & internecin-
ſuæ exeidium opperiri malint. Prædicta Sua Celſitudo in tam arduo co-
tio ipſos Erphordienſes ſeriò monuit, vt de hac re ſimul ſua vota confer-
tra decem dierum ſpatium certam redderent reſolutionem; idcirco pr-
uitatis Domini Deputati heſterna luce abhinc Vinariam profecti ſunt.
exercitus in Megapolitania ad Lubecco Hamburgenſium quatuor territo-
cant, in hybernis ſuuſiſt[illegible]e.

Copia literarum Aquiſgrani ſcriptarum 21. Februarij.

Quod ad militum in patria & vrbe Leodienſi conſcriptiones attinet, i-
circo ad proximas Dominationis Veſtræ literas reſpondere, quandoquid-
præſtolabar, qualemnam eæ ſucceſſum forent habituræ Leodienſes hucu-
pias has ſub Gallorum Regis nomine, intra vrbis ſuæ mœnia recipere re-
quapropter quibuſdam è re viſum fuit, Hollandica ipſis ſigna & vexilla a-
ea ſpe fieri, vt id minori fieret cum tumultu, & ſuſpicantur pleriqui, harum
rum equeſtrium ac pedeſtrium armiluſtrium in vicino Moſæ Traiecto opid-
deſignatum fuiſſe, ſub imperio Vice-Gubernatoris Golſtein, eamque cau-
itineris, quod nuper ipſemet Traiecto verſus Leodium perfecerat, ſed co-
tam occultè concipi non potuit, quin ad paucorum aures & notitiam d-
ex eo, quod centurionum aliqui, huius rei hactenus fecerant mentionem: C-
rò præfatæ hæ equitum peditumque copiæ, quæ maxima parte ex Moſæ Tra-
ciuitatis præſidio ſumptæ erant, ante Leodienſis vrbis portas conueniſſent,
eam reciperentur, petijſſent, Magiſtratus Leodienſis non tenuit quidem g-
milites velut Hollandiæ Statuum Vnitorum ſtipendia merentes intromitte-
ficiarijs tamen & Capitaneis acceſſum & ingreſſum ſimul denegauit, eoſqu-
oppidi ſui fores manere voluit, vtpote quos probè ſcirent Galliæ Regis ſti-
& militiam amplecti, idque Imperialis Maieſtatis Suæ Decreti auctoritatem
geret, qua hactenus exterorum Regum militares conſcriptiones ſerio inhib-
Communis Leodienſium fex & grex petierunt à Magiſtratu quinquaginta eq-
ad occidendos & expellendos illos alteræ ciuitatis inquilinos *Chereaux* vulg-
pellatos, qui eſſent partium Electoris: Conſules hanc petitionem ad triginta
tribus remiſerunt, quæ vnanimi voce, & voto cenſuerunt, ſe nullum habere
& ſe totas impenſuras, vt Principi ſuo reconciliarentur, ſuper quo negotio C-
poſitionis Conſul Bartel vitam, fortunas, & ſanguinem offerre non recuſat.

F I N I S.

Biblioteca Nacional de España